



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Solutio.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

## Solutio.

Respondeo. Nego Minorem. Nam hæc propositio, Cicero erit consul, quatenus est propositio defuturo, non est determinatè vera humano iudicio. Nam veritas sequitur esse rei. Sicut igitur res habet esse, sic est vera propositio. Futurum autem nondum habet esse. Ergo propositio de futuro contingentis nondum est vera humano iudicio, sed est incerta, sicut res nondum esse est.

Cum igitur hæc incerta sit, Cicero erit consul, nondum inferri potest, alteram esse impossibilem, deinde etiam si minor est vera necessitate consequentia, scilicet, quia sic eveniet, tamen necessaria consequentia non simpliciter efficit necessitatem.

Cicero libro de Fato ad hoc argumentum ita responderet, se malle negare omnem enunciatio<sup>nem</sup> ~~veram~~ <sup>propositi</sup> aut falsam: Eam, inquit, plagam prius accipiam, quam fato omnia fieri comprebam: Sed non declarat Cicero, cur propositiones defuturo contingentis, non sint determinatè vera aut falsæ,

Id autem Aristoteles expressè declarat, qui monet, veritatem esse proprietatem comitantem in, sicut res habet esse, sic vera est propositio. Futurum autem nondum habet esse, ac possibile est, ut non eveniat. Haec in Dialecticis copiosius declarantur.